

Anni
mundi.

5692.

5696.

Anni
Christi.

1605.

1609.

quo Terralium intactum, & hanc mortem præcipitatem
magno redemptam optauerint.

9. Aprilis articuli induciarum ad 12. annos factarum
inter Philippum 3. Hispaniarum Regem, Albertum, Isa-
bellam Claram Eugeniam Archiduces, & ordines confo-
deratos totius Belgij, Antuerpiæ conclusi fuerunt, & sub-
scripti per Commissarios ab iisdem Principibus & ordinib-
us deputatos.

Pacem igitur tandem vniuerso Christiano orbi Christus
hoc anno dedit. Quod toto superiore sæculo non contige-
rat. Nam inter Rodolphum 2. Imperatorem, & Solima-
num Achmætem induciæ durant. Gallia omnis in pace de-
git, Flandria, Germania, Anglia, Scotia, Italia, Hispania, &
aliae quotquot sunt Christianorum Prouinciae. Quod singu-
lare in populum suum Dei beneficium, diuturnum ut
esse velit, ex animo precor.

Speramus porrò & optamus Deum omnipotentem no-
bis futurum propitiū, suam iampridem inflammatam
iram auersurum, corda filiorum ad patres conuersurum,
animos impiorum per hæresim, & atheismi deuia erran-
tium spiritu sancto suo illustraturum, ut terra sit vnius oris
& labij ipse unus agnoscatur, colatur, celebretur in una
Ecclesia, qui solus est in sæcula benedictus. Amen.

F I N I S.



RATIO, CVR PER PONTIFICES ROMANOS
deducta sit Chronographia.

Irenaeus lib. 3. cap 3.

Maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ , à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos indicantes confundimus omnes eos qui quoquo modo , vel per φιλαυτιαν malam, vel vanam gloriam, vel cætitatem, &c prauam sententiam , aliud, quæ oporteat, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem potentialitatem , necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles , in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur & instruentes Beati Apostoli Ecclesiam, eius administrandæ episcopatum Lino tradiderunt. Succedit ei Anacletus, post eum tertio ab Apostolis loco episcopatum sortitur Clemens, &c. vsque ad Eleutherium , sub cuius, *inquit*, ordinatione & successione veritatis traditio & prædicatio peruenit vsque ad nos.

Tertullianus lib. de Prescriptionibus aduersus haereticos.

Cupio ostendant mihi ex qua auctoritate prodierint, edant origines Ecclesiæ suarum , euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverauerit, habuerit auctorem & antecessorem: hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt: sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit, &c. Confingant aliquid tale haeretici.

Augustinus contra epistolam Manichæi funda. cap. 4. Et de utilitate credendi ad Honoratum cap. 17.

Multa sunt alia, quæ in eius (Ecclesiæ) gremio me iustissimè teneant, tenet consensio populorum atque gétium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa Sede Apostoli Petri, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremò ipsum catholicæ nomen, &c.

Idem in Psalmo contra partem Donati tomo 7.

Numerare sacerdotes, vel ab ipsa sede Petri, & in ordine illo patrum quis cui succedit videte, ipsa est Petra quam non vincunt superbæ inferorum portæ.

Idem in lib. Quæst. veteris & noui Test. cap. 110.

Ordinem ab Apostolo Petro cœptum , & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatum perturbant, ordinem sibi sine origine vindicantes, corpus sine capite.

Idem

Jdem & Fortunatus & Alipius episcopi epist. 165.

Si ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc Petram, &c. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, &c. usque ad Anastasium, qui tunc tenebat cathedram.

Optatus lib. 2. contra Parmenia. ubi Rom. Episcopos enumerauit ad Syricum usque, insultans Donatistis & probans suam Ecclesiam partem esse Catholicae, quæ cum Romana consentiat.

Vos, inquit, vestræ cathedræ originem edite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare.

Epiphanius lib. 1. cap. 27. tom. 2. ubi seriem Rom. Episc. ex catalogo enumerauit.

Et ne quis, inquit, miretur quòd singula ita recensemus, per hæc enim claritas ostenditur.

Erasmus contra Nouatores.

Mihi pro mea causa sufficit veterum sanctimonia, vitæ probatissimorum aucto-ritas, Episcoporum maiestas, publica Christianarum gentium consuetudo. Quos omnes si damnatis insanis, malo cum illis insanire, quam vobis assentiri.

D. Paulus Ephes. c. 4.

Ipse (*Christum intelligit*) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alias vero Euangelistas, alias autem *Pastores & Doctores* ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina, in nequitia hominum, &c.

Vsi sunt hac ratione multi alij veterum, vt Origenes, vt Augustinus aliis locis qui & Manichæis eam obiicit quinques aut sexies in libris contra Faustum, & in libro de utilitate credendi, & in lib. I. contra Aduersarium legis cap. 20. Quam etiam admittere coguntur istius æui hæretici, si suis principiis insistere velint. Quærentes enim cur Romani Pontifices semper habiti sint πρωτοτῶν ἵερεων & cur, τὰ πρεσβύτης τῆς τιμῆς in Ecclesia ipsis apud Ecclesiasticos scriptores etiam Græcos (*Soc. lib. 2. cap. 15.*) attribuantur, tres aut quatuor causas fuisse respondent. 1. Quia Romanam Ecclesiam inuauerat Petri ministerio fuisse fundatam & constitutam, vnde & ipsi magistrum honorem vbiique veteres detulisse & reuertere de ea locutos esse. 2. Quia doctrina, peritia & multarum rerum vbi præstantes viros haberet. 3. Quod omnibus aliis sedatior & doctrinæ semel traditæ tenacior fuerit, proindeque sedes Apostolica vocata habitaque sit. Centuriat. cent. 4. cap. 7. Caluin. lib. 4. Instit. cap. 6. sect. 16. & cap. 7. sect. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19. Bucerus in præparatoriis ad consilium. Molinæus & Villerius contra Ruffum.

25. et propter hoc quod dicitur
26. quod non est in nobis
27. sed in deo. sed in deo. sed in deo.
28. sed in deo. sed in deo.

29. et propter hoc quod dicitur

30. quod non est in nobis
31. sed in deo. sed in deo.

32. et propter hoc quod dicitur

33. quod non est in nobis
34. sed in deo. sed in deo.

35. et propter hoc quod dicitur

36. quod non est in nobis
37. sed in deo. sed in deo.

38. et propter hoc quod dicitur

39. quod non est in nobis
40. sed in deo. sed in deo.

41. et propter hoc quod dicitur

42. quod non est in nobis
43. sed in deo. sed in deo.

44. et propter hoc quod dicitur

45. quod non est in nobis
46. sed in deo. sed in deo.

47. et propter hoc quod dicitur

48. quod non est in nobis
49. sed in deo. sed in deo.

50. et propter hoc quod dicitur

51. quod non est in nobis
52. sed in deo. sed in deo.

53. et propter hoc quod dicitur

54. quod non est in nobis
55. sed in deo. sed in deo.

56. et propter hoc quod dicitur

57. quod non est in nobis
58. sed in deo. sed in deo.

59. et propter hoc quod dicitur

60. quod non est in nobis
61. sed in deo. sed in deo.

62. et propter hoc quod dicitur

63. quod non est in nobis
64. sed in deo. sed in deo.